

FRIDERICVS DVX BRVNSVICENSIS CAESAR ELECTVS.



Fridericus filius fuit Magni iunioris ducis Brū  
suicensis & Luneburgensis, atque Catherinæ  
Valdemarii ultimi Marchionis Brandenburgensis  
filiae. Ab ijs in uera pietate & omnibus uirtutibus  
a teneris annis Fridericus educatus fuit. Vnde  
princeps bellicosus & prudēs factus apud omnes  
Imperij principes in magna autoritate extitit. Pro  
pterea patri in ducatu Brunsuicensi successit. Ha  
buit autem is fratres tres Ottонem præfulem Hil  
desheimensem, Fridericum postea Brunsuicen  
sem ducem fortissimum, & Heinricum principem  
Luneburgensem. Ipse uero fratres ætate antece  
dens princeps constitutus uxorem duxit, Annam

de antiqua Saxonum familia prognatam, ex qua filias duas genuit. Harum u  
na Anna Friderico Austriæ duci postea nupsit, ex qua Sigismundus Archidux  
natus, altera Elisabetha Gutherio comiti de Schuuartzenburg despōsata fuit.